



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 185. Emendatum ergo, illum dimittam. v. 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

transfis peccatum & mors; sic & per uniuersitatem in omnes homines in iustificatiō-  
nem vite transiit gratia: Egrotavimus ergo per primum Adam in obediē-  
tia, maledictionisque morbo: locupletati autem sumus per secundum,  
nemp̄ Christum; per obedientiam & benedictionem. Benedictus sit per  
omnia mirabilia sua Deus.

§. 185. Emendatum ergo, illum dimite am. v. 16.

Quid emendatum in Christo, Pilate? nonne ipse jam jam coram  
omnibus, videntibus eum, & audientibus publice eum innocentem de-  
clarasti per verba: Nullam inuenio in eo causam. Quid tibi in mentem venit?  
Sup̄picor te ex una parte videre innocentem Christum, & ex alia velle pia-  
cere & gratificari Iudeis; adeo in ejus perniciem in cumbentibus. Hinc  
puto, te duo tam male cohaerentia facere & loqui; nemp̄ diligere justi-  
tiam & amare homines facientes in iusti: iam quæ duo non compatiuntur  
se uti nec tuum testimonium de innocentia, & propositum de emenda-  
zione.

O Politici: ego vos hunc invito ad spectandam actionem valde vobis ac-  
commodatam, in theatro urbis Ierosolymæ, ibi prodit iustitia perso-  
nata in Christo; & prodit amator iustitiae Pilatus; & simul amator inique  
agentium & in iustitia serviens in Iudeis. Videte, quomodo illi se gerant,  
& speculamini vos ipsos in illis. Vos propter rationem status saep̄ adhæretis  
iniqua agentibus: & raro en se statim iustitiam, uti Pilatus. Videte an  
utrumque possitis simul teneret. Ille certe excidit: de vobis, vos ipsi videte,  
oculos habetis. Etiam vos reformatores Religionis Catholicæ habetis  
hic Theatrum; quia vos etiam voluistis emendare abusus in fide Romana.  
Quos ab aliis praetensiones, & que atque Pilatus voluit emendare Christum.  
Sed male cessit Pilatus sua emendatio, itaque vobis etiam male cedet vestra  
reformatio. Etiam vos videte, vultis esse & putatis vos lynceos esse.

§. 186. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, unum. v. 17.

Dum de corripiendo Domino cogitat Pilatus; & per primum gra-  
dum erroris descendit ad in iustitiam; venit illi in mentem alia ratio, illuna  
a morte etiendi, per quam ramen, ut qui jam cooperat descendere, de-  
scendit ad secundum gradum iniquitatis. Occurrit illi quod esset antiqua  
conuentudo Iudeorum haec tenus observata, qua ob miraculi memoriam,  
quo Angelus Aegyptiorum domos pervaserat, & eorum primogenita ad  
mortem percutiens Israelitos liberos dimiserat, unum etiam ipsi ex malefa-  
ctis liberabant quotannis in passante, ad aliquod signum grati animi

R

exhi-